sorum, legatione intra Vel extra Regnum Servitio militari ad mu
nimenta ad Executorem, Vel aliis quibusuis dilationibus, et legalibus
1960 impedimentis non differendo ad quietationem praeterea, Vltra pro
ximos officij praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos
dilationem sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes ac
earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia paenis sim
plicibus Vel triplicatis, Evasionibus suspensionibus, fatalibus Iuris
praescriptione Terrestri bello, conventioneq, ac aliis omnibus Iuris
remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo alio quouis
euadendo. Hac sua praesenti personali recognitione ad prae
missa omnia mediante.

Feria Secunda ante Festum sancti Laurentij Leuitae et Martyris 8/VIII proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Secundo.

Korniaktowa et Zaczynski 1239 mutuo Roborant et Stabiet

Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus Ca
strensibus Capitanealibus Praemysliensibus Magnifica Catheri
na de Belzec Korniaktowa, Magnifici olim Caroli in Biala
boki Korniakt Consortis derelicta Vidua ab Vna et Nlis Andreas
Zaczynski parte ab altera Sani mentibus et corporibus existen
tes a Terris Districtibus Iuribus, Iurisdictionibusq Suis quibusuis
propriis et Competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capi
taneali Praemysliensi Iurisdictioni quoad actum hunc attinet
Se eorumq Successoribus et bonis Suis generaliter omnibus tota
liter et plenarie incorporando atq Subijciendo palam libere
publice.

publice ac perexpresseim, recognouerunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi et quidem suprascripti Nobilis Andreas Zaczynski suo et Nobilis Anna Bezluzanka Consortis suae legitimae pro cuius ratihabitione cauet a se praesentibus inscribit nomine mutuo et inuicem Vna pars alteri ac posteris Vtriusq partis, se ac suos Successores, in et super bonis suis generaliter omnibus summisq pecuniariis quibusuis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus Interceisam certam inter se Recognoscentes et praefatam Nobilem Annam Zaczynska ratione certarum rerum et Conditionum, in eadem Interceisa Contentarum de actu et data illius hic Premisliae Feria Tertia post Festum Sanctae Agnethis Virginis et Martyris proxima Anno praesenti confectam et Conscriptam, manibus sui Recognoscentium propriis ab Vtrinq subscriptam in omnibus et singulis eiusdem Interceisae Conditionibus punctis, Clausulis articulis, Vadio ligamentis ac nexibus generaliter Vniuersis, firmiter tenere Complere, exequi, ac inuiolabiliter obseruare, omnibusq et singulis eius Contentis, tam in parte, quam in toto, toties quoties opus fuerit satisfacere Interceisam praefatam ad Inscriptionem praesentem Roborationiam et Inscriptionem praesentem Roborationiam, ad praedictam Interceisam Vicissim in toto referendo Idq sub Vadio summae Duorum Millium Quingentorum sexaginta Florenorum Polonicalium per partem parti cum Successoribus Vtriusq partis ob non Completionem Contentorum Interceisae praefatae omnium et singulorum tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad soluendum succumbendo. Nihilominus Vnus Recognoscentium nempe Nobilis Andreas Zaczynski se ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniariis quibusuis habitis et habendis suprascriptae Generosae Catharinae Korniaklowa eiusq posteris inscribit et obligat praesentibus suprascriptam Nobilem Annam Zaczynska Consortem sui Recognoscentis legitimam Vel in euentu mortis successores illius ad approbandam per ipsam Inscriptionem praesentem Roborationiam Vel similem suo pro Interesse faciendam ad Alta quaeuis Authentica Regni Vim perpetuitatis in se habentia intra tam personali sui assistentia

duodecim Septimanarum adducere et personaliter Statuere, ab eaq Vel eius Successoribus, Vt praemissa debite exequantur effi
1962 cere. Itq Sub alio Simili et Speciali Vadio aliorum Duorum Millium Quingentorum Sexaginta Florenorum Polonicalium per eundem Nobilem Andream Zaczynski Siue eius posteros Supramemoratae Generosae Catharinae de Belzec Korniaktowa Siue eius Successoribus ob non Statuitionem praefatae Nobilis Annae Zaczynska Consortis Suae Statiend, Vel in euentu mortis Successorum illius, pro tempore et loco Superius expressis ad Soluendum Succumbendo. Pro quibus quidem Vadio Vel Vadiis modo praemisso ad Soluendum succumbitur ac pro re aliqua principali ex Contentis Intercisae praefatae non completa Complenda. Citata existens memorata pars Vna praemissa non tenens Siue eius posteri, Ad Instantiam partis alterius praemissa tenentis et Complentis, Vel illius Successorum, ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemysliense, ex hinc recessu Supra scripto quoad respondendum spectat mediante Semper in primo Citationis termino tanquam peremptorio, Stare Iuri parere respondere, Vadium Vel Vadia praefata luere, Inscriptioni praeserti Satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, Seq ac Suos Successores, ad eadem omnia inuinibit et obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde Consequentes, Causae eiusdem Terminos Semper peremptorios, Vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione intra Vel extra Regnum, Seruitio militari, adnumimenta ad Exercitum, Vel aliis quibusuis dilationibus, et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem pro tunc Vltra proximos officii praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos dilationem Sibi non recipiendo, nullasq motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac praemissa omnia poenis Simplicibus Vel Cuplicatis, Euasionibus, Suspensionibus fatalitis Iuris, praescriptione Terrestri, bello Conuentioneq ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non Subterfugiendo, nec modo alio quouis euadendo. Hac Sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et Singula mediante.

Ossolinski